



IACOBI ACONTI  
IN SATANÆ STRA-  
tagemata.

*PRAEFATIO.*

**I** quis fortè miratur, quen-  
quam tanta extitisse auda-  
cia, vel fanè temeritate (si  
ita malit dicere) vt Satanæ  
in vestigandis colligendisque stratage-  
matis, eaque literis mandandis, Ocea-  
num se posse sperauerit exhaurire: eum  
ego considerare parumper secum ve-  
lim, an quantò huius veteratoris plures  
sunt artes, magisque variæ, & abstrusæ,  
non tantò etiam cauendum ab illo no-  
bis sit magis? fateatur opinor. At verò  
quì caueas, obsecro, artibus illis nõ co-  
gnitis? annón timendum erat, ne vbi  
nihil esse putares periculi, ibi esset plu-  
rimum? quâ optimè cauere te ab eo o-  
pinare-